



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117824

§. 19. S. Barnabæ Reliquiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](#)

Sæculum V. ex Persia advenerant, liquido probarunt,
A. C. 484. esse Mancipium fugitivum, & nunquam
 baptizatum. (*) At Petro, num id verum
 falsumve esset, curæ non fuit, dixitque,
 ordinationem Episcopalem in Xenaia Ba-
 ptismum supplere. Xenaias hic primus
 sacris Iconibus bellum intulisse legitur.
 Dicebat; cum Angeli essent sine corpore,
 non licere eis corpus affingere, nec spe-
 cie humana pingere. Ineptum esse ho-
 noris genus, JESU Christi imaginem ex-
 hibere, & nullum cultum ei esse gratum,
 quam in Spiritu, & Veritate adorari. In-
 ventum esse pueris dignum, arte scul-
 ptoria columbarum simulacra efficere,
 quæ Spiritus sancti speciem exhibeant;
Quandoquidem, inquiebat, *Spiritus S.*
non est factus Columba, sed unica vice ap-
paruit in bac forma, cuius substantiam
non assumpfit. Facta Doctrinæ consen-
 tiebant, quippe in pluribus locis Angelo-
 rum Imagines delevit, easque, quæ JE-
 sum Christum exhibebant, in locis ab
 hominum oculis remotis occultavit.

§. XIX.

S. Barnabæ Reliquiæ.

Anthemius quoque Episcopus Salaminæ
 in Cypro vexabatur a Petro Fulone,
 volente, ut sibi tanquam Patriarchæ sub-
 jice-

(*) Dignam tali Auctore Doctrinam!

jiceretur. Anthemius objiciebat Con-Sæculum V.
cili Ephesini Decretum, quod Sedem A.C. 484.
suam Episcopalem pronuntiaverat exem-
ptam. Justam fuisse Anthemii causam ^{Sup. lib.} XXV. §. 57.
probavit Inventio Reliquiarum S. Barna- ^{Theod. lett.}
bæ, cuius Corpus sub arbore in loco quar- ^{lib. 2. art. 2.}
ta Leucæ parte ab urbe Salamina distante ^{Sermo Alex.}
repertum est. In pectore ipsius erat Ev- ^{ap. Sur. II.}
angelium S. Matthæi, quod sua manu scri-
pserat. Anthemius inde confidere vo-
lebat, Sedem suam, quia Apostolo Funda-
menta sua deberet, æque Apostolicam
esse ac Antiochenam. Ceterum tunc
confirmata est ipsius Exemptio. Im-
perator Evangelium S. Barnabæ manu ex-
ratum Constantinopolim afferri jussit,
illudque in Palatii Ecclesia S. Stephano
sacra reposuit. Salaminæ quoque ma-
gnifici operis Ecclesiam junctis multis æ-
dibus in loco, quo Reliquiæ translatæ, ex-
truxit.

Illa ætate in Syria Presbyteri duo edi- ^{Genn. script.}
cis libris celebres extitere, Theodulus, & ^{c. 90.}
Joannes. Theodulus in Cœlesyria ver-
sabatur, scripsitque inter alia Librum de
Concordia Veteris, & Novi Testamenti
contra antiquos Hæreticos, nempe Mar-
cionitas, & Manichæos, qui duo Testa-
menta diversis Auctoribus tribuebant. Is
Zenone imperante diem clausit. Joa-
nnes ex Dicæesi Antiochena Grammati- ^{n. 91.}
cam docuerat. Scripsit contra illos, qui ^{Scriptores.}

Sæculum V. duas Naturas in JESU Christo negabant,
A. C. 485. id est, Eutychianos; Item aliqua S. Cy-
rilli dicta, quæ huic errori favere videban-
Theod. lect. tur, impugnavit. De his duobus Scri-
I. II. p. 558. 6. ptoribus nihil nobis supereft. Fortassis
Joannes fuit Nestorianus, nam plurimi in
Oriente agebant, habebantque Edeſſæ
ſcholam, in qua ſermone Persico doce-
bant, unde hæc pestis in Persiam perva-
vita S. Sap. sit. Martyrius Patriarcha Jerosolymi-
19. tanus sub idem tempus anno 485. obiit,
postquam ſedifſet annos octo. Succes-
ſit Salustius.

Evagr. III. In Ægypto Petrus Mongus aliquos
c. 22. Episcopos, & Abbates ad ſuam Commu-
nionem pertraxit, cum iterato Epistolæ
S. Leonis, Concilio Calcedonensi, iisque,
qui ſcripta Dioscori, & Timothei Eluri
non recipiebant, Anathema dixifſet.
Quia vero ceteros in ſuam ſententiam
adducere non poterat, eos maximam
partem e ſuis Cœnobiis ejecit. Quam-
obrem Abbas Nephalius Constantinopo-
lim ſe contulit, ut rem ad Zenonem Im-
peratorem deferret. Displicuit Petri fa-
ctum Cæſari, miſoque Cosmo ex Præ-
torianorum numero terribiles minas Pe-
tro Mongo jubet ingerere, ut nimia feve-
ritate turbas excitare ceſſaret. Cosmus
re infecta rediit, niſi quod expulſis Mo-
nachis in ſua Cœnobia redire permifſum.
Imperator Arſenium deinde illo misit,
quem

quem Aegypto præfecit. Is ubi cum Ne- Sæculum V.
phalio Alexandriam pervenit, de restau- A. C. 485.
randa Pace agere cœpit; sed eos, qui a
Petri Mongi Communione recesserant,
reducere non potuit. Eorum aliquos
Constantinopolim ire jussit ad Imperato-
rem, qui multa de Concilio Calcedonien-
si differuit; verum nec sic quidquam ef-
fectum, quia Imperator istud Concilium
non sincere approbabat.

§. XX.

*Felicitis Papæ Epistola ad Ecclesiam
Africanam.*

Interim Ecclesia Africæ non nihil levius
habebat sub Regno Guntamundi, qui
Hunerico successerat; is S. Eugenium E-
piscopum Carthaginem ab Exilio re-
vocavit, & tertio Regni sui anno, nem-
pe 487. ejusdem Civitatis Catholicis cæ-
meterium S. Agilei reddidit. Eodem App. Chr.
anno Boetio Consule Romæ 13. Martii Prosp. to. 1.
in Basilica Constantini Concilium celebra- Canis. to. 4.
tum. Aderant quadraginta Episcopi ex Conc. p. 1149.

D 5 Perse-